



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

Dom. Vltima ante aduentu[m]. Euang. Cum uideritis abomi nationem.  
Matt. 24. Homiliae quatuor. Insunt de tempore Antichr[ist]i multa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35259**

**ULTIMA HAC A FESTO PENTE-**  
costes dominica, legi solet euangelium illud: **Q**uomodo in deserto pauperit dominus turbas pauculis panibus, ut in Constantiensi, Augustana, Eystettensi & Ratisponensi diœcesibus. super eo autem homilias nonnullas conscripsimus parte prima. Verum iuxta ordinem Romanae ecclesiae legitur euangelium Matthaei XXIII. quod cum multum faciat ad hæc nostra tempora, breuiter illud iam libet exponere.

**DOMINICA VIGESIMA SEXTA A FERIIS PENTECOSTES,** euangelium Matt. XXIII.

**M**arci. 13.  
**D**aniel. 9.



**M**arci. 13.  
**L**uce. 21

**M**arci. 13.  
**L**uce. 21  
**I**saie. 13  
**J**ezech. 13

**I**n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: **C**um uideritis abominationem deiolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in templo, non descendat tollere aliquid de domo iua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. **V**æ autem pregnantibus & nutriendis in illis diebus. **O**rate autem ut non fiat fuga uestra in hyeme uel sabbato. **E**rit

enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgēt em̄ pseudochristi & pseudoprophete, & dabūt signa magna & pdigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiā electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exiit ab oriente, & paret usq; in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autē post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebūt filium hominis ueniētem in nubibus cæli cū uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uēis, & à summis cælorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore autē ficidisci te parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc omnia, scitote quia prope ē in ianuis. Amen dico uobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cælū &

Marci. 13  
Luc. 21  
Marci. 13  
Luc. 17

Luc. 17

Luc. 17  
Joel. 2  
Isaie. 13  
Matth. 24

Marci. 13

Marci. 13  
Luc. 21

Marci. 13  
Luc. 21

terra transibūt, uerba autē mea nō præteribūt.

HOMILIA PRIMA.

**P**incipio huius homiliae præscire uos uolumus in Christo dilectissimi, Christum hic loqui de excidio Hierosolymitano, simul & de interitu uniuersi orbis, siquidē qđ in particulari factū est in excidio regni Iudaici, idipsum fiet qđ in interitu & cōsummatione toti mundi. Iā uero consummatū hoc est in Ierusalē, de qua re multa iā superi<sup>o</sup> diximus. quā Iobrem mittimus illa, & ad informationē nostrā adferem<sup>9</sup> tantū hæc de fine mundi, sicut idipsum p̄dixit dominus, & non tacuit etiā Daniel,

**Daniel. 12.** differēter de urroq; illo loquutus: & de excidio quidē Iudaico agit capite 9. de tribulatione autē Christianorū ca. 12 sicut statim indicabim<sup>9</sup>. Sed & quicquid Titus cū Vespasiano & Aelio Adriano fecerūt in diruenda Hierosolyma, idipsum Antichristus faciet in ecclesia catholica. Porro

**Daniel. 9.** Christus hic signū præbet futuræ tribulationis in mūdo, maioris quidē q̄ fuerit unq̄ ab initio mūdi, & ait: Quū uideritis abominationē desolationis, q̄ dicta est à Daniele propheta, stāte in loco sancto. (q̄ legit, intelligat) At nos hic iā dispiciam<sup>9</sup> q̄nā Danielis uerba Christus hic recēsat & intelligat ex cap. 9. Sed hoc nō facile possum recipere, eo qđ desolatio de qua ibi loquit̄ p̄pheta, futura sit in cōsummatione seculi: hæc autē de qua agit dominus, nō duratura est in finē mūdi usq;. ait em̄, Nisi breuiati essent dies illi, nō fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

¶ Quō itaq; cōueniunt hæc, qđ dies semper duraturos le cundū Danielē, Christ<sup>9</sup> dicit esse breuiādos? Sed & si q̄s penitus uerba inspiciat p̄pheta, uidebit aperte loq̄ eum de passione Christi, de Iudæorū defectione, de excidio Ierusalē, de sacrificijs & ceremonijs Iudæorū cessaturis. namq; sic ait: Et post hebdomades sexaginta duas occidet Christus, & nō erit eius populus, q̄ eū negaturus est. Et ciuitatē & sanctuariū dissipabit populus cū duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finē belli statuta desolatio. Cōfirmabit autē pactū multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiū, & erit in tēplo abomi-

**Daniel. 9.**

natio desolationis, & usq; ad consummationē & finē per  
 feuerabit desolatio. Aut quid obsecro its uerbis manifestū  
 us, quid apertius esse queat? quādoquidē crucifixo Chri-  
 sto in Ierusalem post 40. annos aduent Vespasian<sup>o</sup> cū ex-  
 ercitu Romano, urbēq; depopulat<sup>o</sup> est & tēplum, ibi de-  
 sūt sacrificiū Iudaorū, eaq; tēpli desolatio permanebit us-  
 q; ad finē mūdi. hęc autē de qua hic agit dominus, breuis  
 erit & non diu duratura. potest itaq; desolatio isthęc in  
 principio cōferri cū Luca, sed nō hic cū Marthæo.

Lucæ. 22

2. ¶ Quando compertum iam est, dominum non hic  
 loquit de prophetia Danielis 9. & deinceps quaramus in p-  
 pheta, inueniemus capite 12. sic scriptum esse: Vade Dani-  
 el, quia clausi sunt signatīq; sermones usq; ad præfinitū  
 tempus. Eligentur & dealbabitur, & quasi ignis p-  
 babūtur multi. Et impie agent impij, neq; intelligent omnes  
 impij, porro docti intelligent: & à tempore cum ablatū  
 fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in de-  
 solationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui ex-  
 pectat, & peruenit usque ad dies mille trecentos triginta  
 quinq;. Nonne quisquis Euangelium hoc nostrum cū Da-  
 niele contulerit, uidebit facile Christum hic de illo 12. ca-  
 pite loqui, quod ut fiat adhuc manifestius, en paulo exa-  
 ctius explicabimus. Abominatio in templo posita, Anti-  
 christus ipse est, teste Paulo, quoniam nō ueniet Christ<sup>o</sup>,  
 nisi prius uenerit discessio, & reuelatus fuerit homo pec-  
 cati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur super  
 omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in tem-  
 plo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Constat uti-  
 que hic filium istum perditionis esse Antichristum. Ac  
 tu interim uerba Pauli & Danielis expendē. Venit disces-  
 sio primum, hoc est, q; per inobediētiā recedent homi-  
 nes ab imperio Romano, & tunc tādē ueniet Antichr<sup>us</sup>.  
 Daniel ait: Quādo cessabit iuge sacrificiū, & abominatio  
 ponetur in templo. Oportet itaq; hęc duo fieri pri<sup>o</sup> quā  
 Antichristus ueniet, oportet iuge sacrificium desinat, qd  
 nunc in neochristianis nimis experimur, qui sacro sc̄m  
 missæ officiū, in quo Christus offertur, abrogāt, & abole-  
 re conant. hi uiderint quō hic uia pparent Antichristo.  
 2. Est q; pcedat etiā inobediētia & defectio ab ecclesia ca-

Daniel. 9

1. Thes. 2

Lib. 20. de  
ciuita. dei  
cap. 9  
Luc. 2.

tholica & imperio Romano. id quoque quam strenue faci-  
ant neochristiani, quotidianis hactenus edocti sumus ar-  
gumentis, quoniam ipsi iamiam à cōmunionē fidelium, à  
sede Romana, & à legirimis suis praelatis, episcopis defe-  
cerunt. Quantum autē honoris, gloriæ & incrementi ple-  
riq; Cæsareæ & catholicæ faueant maiestati, consulto p̄-  
tereō, pleriq; omnes plus quam uelimus, nouimus & ex-

perimur. Ita beatus Augustinus uerba quoque intelligit se-  
quentia. ait enim. Illud non absurde de ipso Romano im-  
perio creditur dictum, tanquam dictum sit, Tantū qui mo-  
do imperat, imperet donec de medio fiat. id est, de medio  
tollatur. Et Antichristus igitur sacro resistet Romano  
imperio, omnesq; qui imperij Romani cupiunt, iuuant  
aut promouent interitum, Antichristi membra sunt. At  
Apostolus noluit manifeste de Romano imperio dicere,  
ne Christianos inuisos redderet imperatori. Sicut autem  
Antichristus in omnibus aduersatur Christo, testante id-  
ipsum nominis utriusq; appellatione, ita ex hac quoque  
parte contrarius est. Quoniam quemadmodum Christus  
nasci uoluit, quum uniuersus orbis summa rerum omni-  
um tranquillitate & pace Romano pareret imperio, de-  
scripto etiā tunc toto orbe sub Augusto, ita uicissim ueni-  
et Antichristus, quando nemo obediēs erit Romano im-  
perio. Attendant hic principes nonnulli & plerq; ciuita-  
tes resistentes Cæsari, & nolentes quicquā potentissimo  
Romanorum imperatori Carolo V. bene ac feliciter ce-  
dere. Quid multa? quicquid penē iam in mundo iactatur  
& agitur, id omne fere eō uergit, ut bene paretur sua An-  
tichristo uia: ipseq; quū uenerit, minus operis & laboris  
insumat in omni malo procurando. Hæc itaq; ista abomi-  
natio est Antichristus ipse, de quo Daniel inquit: Eleua-  
bitur & magnificabitur aduersus deum, & aduersus deū  
deorum loquetur magnifica.

2. Cum uideritis, inquit dominus, abominationē de-  
solationis stantem in loco sancto. Quod porro abomina-  
tio dicit desolationis, sunt qui cupiunt referre ad excidiū  
Chrysost. Hierosolymitanum, sicut Chrysost. q̄q; commemorat, &  
Li. 12. c. 4. tunc historiā ex Iosepho & alijs adcomodant. Pilatus autē  
imaginē imperatoris in tēplo cōstituerat, sed uidēs indi-

gnari ob id Iudæos & grauitèr ferre, curauit imaginem  
deuehi in Cæsareâ. Postea Titus urbem simul & templū  
incendio perdidit, rursusq; imaginem suam Aelius Adria-  
nus inter parietes collocauit, uerum id quoq; Iudæi nō ro-  
lerantes, confregerunt eandem. Sunt igitur qui uelint il-  
lā ipsam appellare abominationē desolatiōis. simulachra  
enim gentium abominatio sunt corā deo, qm̄ dñi gentiū  
dæmonia, inqt̄ Dauid, similiter & Salomō, Infandoz; ido-  
loz; cultura omnis mali causa est iniriū & finis. Imago ista  
in desolatiōe stetit, q̄a in deserto tēplo. Sed missum facio il-  
lud, qm̄ principio cōmemorauim⁹ dñm̄ hic nō loq; de exci-  
dio Hierosolymæ, eo q̄ breuitas annoz; nō cōuenit cū his  
quæ hic dicunt. at hæc adbreuitatio tēporis futura est pro-  
pter electos, cuiusmodi nō erant Iudæi, sed sicuti nūc di-  
spersi sunt per uniuersum orbem, ita id ipsum nunc quoq;  
durat. Nos itaq; priori insistemus sententiæ, dicentes cū Hi-  
eronymo perspicuum esse tres illos annos de Antichristi  
dici temporibus, quomodo facile intellectu est, qui fiat  
quod abominatio constituat in desolatione in loco san-  
cto: quando enim ante Antichristi tempora futura est uni-  
uersalis illa à Romana ecclesia & imperio defectio, iuge  
quoq; sacrificium illud sanctum missæ cessabit. Vide tuā  
& considera templum simulatq; ecclesiam, an non deserta  
& desolata sint omnia. Sed age ob oculos reuocemus tem-  
plum aliquod neochristianorum. Ecce matutinæ preces  
in eo nullæ cantantur, nec uespertinæ, nullum missæ offi-  
cium integrum, uigiliæ & uesperæ mortuorum nullæ, nul-  
lus thuris & thymiamatum usus, aqua benedicta nulla est,  
nec sal consecratus, non luminaria, non palmæ, non con-  
firmantur iam homines, nemo confitetur, nihil offertur,  
nulla sunt ibi organa amplius, nemo sacramento unctio-  
nis prouidetur, sacerdotes nulli consecrantur, non uelan-  
tur uirgines, anniuersarij dies defunctis non peraguntur,  
anctis nulli exhibentur honores, non accenduntur faces,  
missæ non celebrantur, tabulæ omnes confractę sunt, nec  
reliqua est ulla pictura, alcaria nulla, nullæ cryptæ offiij  
mortuorum, non baptisteria ibi aliqua sunt, non uexilla,  
nullæ cruces, indumenta sacra omnia perierunt: idq; ge-  
nus innumera alia ita interciderunt ibi, ut non sit uesti-

Psalm. 95  
Sup. 14.

Hierony.

Templa  
Luthera-  
norum cu-  
iusmodi.

gium aliquod pristinae pietatis & cultus diuini. **Eat** nunc quisquis uolet, sit impudens & audeat dicere, non esse haec desolata desertaque loca, & porius stabula quam templa domini esse. **Certe** quando in uniuersum ista omnia abolita fuerint in ecclesia, sicut nunc particulatim conantur haereticj, tunc ueniet **Antichristus** in ista templa deserta, in istam desolationem, & ibi se deum iactabit. **Atq;** hoc e quod multae iam ciuitates, & pleriq; principes strenue laborant, ut quibuscunq; conatibus uiam **Antichristi** parent instructissimam. **Et** proprie hic considera **Danielem** desolationem hanc eo signo exprimere, quoniam iuge sacrificium cessabit. **Sic** **Paulus** quoq; ait futuram defectiorem, quae quous fieri ab ecclesia **Romana** simul & imperio, praecipue tamen futura est a uera & catholica fide. atque hoc est quod dicit alibi **Paulus**, In nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium sua conscientiam. **Sic** **Methodius** ait: Tolle tur honor a sacerdotibus, & supprime tur ministerium dei, & quiescet omne sacrificium ab ecclesijs, & erunt sacerdotes sicut populus in eodem tempore. **Idem** quoq; clare docet iuge & uniuersale illud sacrificium missae destitutum, priusquam catholicus Imperator **Turcas** subigat & deumcat.

4. ¶ **Cum** uideritis, inquit dominus, abominationem desolationis, quae dicta est a **Daniele**, stantem in loco sancto. id ipsum quoq; **Paulus** asserit, quomodo sedebit in templo dei, & sese ostentabit pro deo. **Sed** in quo templo dei ut deus sit sessurus, incertum est, ait **Aug.** neq; n. sedebit in templo idolorum, quod utiq; dei templum non uocaret **Paulus**. itaq; & dominus hic & **Paulus** de templo ueri dei loquunt. **Et** sunt qui putent, quoniam **Antichristus** nasciturus erat ex **Iudaismo** de tribu **Dan**, fuisse id ipsum patriarcham **Iacob** in spiritu, & dixisse: **Fiat** **Dan** coluber in uia, & cerastes in semina, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro, **Quid** autem mali prouenturum sit ex isto colubro, ibidem declarauit **Iacob**, dum dixit: **Salutare** tuum expectabo domine. hoc est quod **Christiani** expectabunt, quando tandem **Christus** superaturus sit **Antichristum** spiritu oris sui.

1. **Timo.** 4

**Methodi.**

2. **Thes.** 4.

1. i 20 de  
ciuit. ca. 19

**Gene.** 49



Nunc est quod dicunt, quandoquidem de tribu Dan nasciturus erit Antichristus, Iohannem in catalogo eorum qui in frontibus suis signati sunt ab angelo ex omnibus tribubus Iudæorum, prætermisisse tribum Dan, rursusque tribum Iuda primo loco posuisse, quod ex ea natus sit **CHRISTVS**. Antichristus itaque natus Iudæus, Iudæos quorundam opinione sibi adsociabit, & Hierosolymam proficiscetur; ibiq; templum Salomonis ope eorum reedificabit, & in eo constitutus, semet uenditabit pro deo, ut sic impleatur propheta Danielis, Erit in templo abominatio desolationis: & quod hic dixit dominus, Cū uideritis abominationem desolationis. quodq; clarius superiora explanat, ait Ambrosius, quoniam propheta nō significat Iamsonem, sed Antichristum, qui futurus ē ex tribu Dan, iudex sæuus & tyrannus immanis. Quicquid autem sit hoc omne, non satis nobis cōstat, nisi quantum spiritus sanctus nobis manifestauit in scripturis: ubi sane inuenimus, quomodo destruendum erat templum Salomonis, & quomodo rursus magnifice extruendum fuerat illud, sicut & factum est per Esdram, & quod tertio restituum non esset. In hunc sensum faciunt illę scripturę, primum quod Daniel in ante commemorato loco uult desolationem isthanc duraturam usque ad consummationem seculi: itaq; templum tertio non reparabitur. Deinde cum Haggæus, Zacharias & Malachias fuerint secundi templi temporibus, Haggæus de templi secundi glória sic inquit: Magna erit gloria domus istius nouissimę pl<sup>9</sup> q̄ primę, dicit dñs exercituū. Ecce loquentem hic tibi, p̄phetam de secundo templo, qm̄ primum tam dirutū erat, nouissimum autē uocat, eo q̄ tertium ultra nō ædificabitur, quod etiam si extrueret, sine dubio tm̄ glórię nō habiturū esset, quantum prius illud. Sed accedat n̄s locupletior adhuc testis Jeremias, dicēs: Nolite cōfidere in uerbis mendacī, dicēs: Templum dñi, templū dñi, templū dñi est, quo uerbo mendacī coarguit propheta eos, qui tertium adhuc expectabant templū. Ex quibus & alijs rationibus equidem crediderim nunquam fore, ut etiā sub Antichristo tertium rursus templum ædificent Iudæi. Quamuis historię nonnullę testantur Iulianum istum apoitatam, Julianus.

2. Thes. 2.

Apoca. 7.

Daniel. 9.

De benefici. patri.

3. Esd. 6. 7

Daniel. 9.

Hag. 2.

Jeremi. 7.

Imperatorē factū, p̄cepisse iudæis odio Christianorū recēdificare templū. sed etiā cū plurimum iā extruxissent, id ēq; totum qd̄ ædificārāt, cōcidit. Nec absimile fuit qd̄ cōtigit Humaro Sarracenorum principi: is cum templū erexisset super sepulchrū Christi, & deinceps adhuc sacra faceret suo Machumeto, a quodā Persa in altari cōfossus occubuit. sedebit ergo Antichristus in tēplo dñi, hoc ē, in ecclesiis Christianorū, atq; in ijs abolebit oēm catholicā ordinationem. inueniet quoq; ecclesias, in quibus iam ante p̄cursores sui oēs ceremonias & leges ecclesiasticas abrogarint: ibiq; se pro deo iactitabit, ut colatur ab illis. Nos modo deprecemur dominum deū, quatenus &c.

## HOMILIA SECUNDA DOMINICAE

ultima à ferijs Pentecostes.

**Roma. 15.** **Q**uæcūq; scripta sunt, inquit Paulus, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiā & consolationem scripturā, spem habeamus. ideoq; cū magnus ille **Daniel. 12.** le p̄pheta & uir desideriorū Daniel, tantopere descripsit abominationē, q̄ futura erit in desolatione & loco sancto: hic quoque dominus sollicitē nos considerare admonet, quid intelligamus in Daniele, simulq; attentos nos reddat. & utinam attenderent neochristiani, atque diligentius paulo obseruarent illā Danielis p̄phetiam, obseruatā rectius intelligerēt, & facillime errores suos maximos p̄uiderēt: sicq; ultro à lacero scissoq; euāgelio suo, animas pernicite, desisterent. uisuri enim essent & conspiciuri hic seipsos uelut in speculo, quomodo omnia quæ iam moluntur, uiam sternant Antichristo, gloriāq; Christi obscurant, animarumq; impediunt salutē, sicut insequentibus plenius uidebimus.

**¶** Quū uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, tunc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes. **Chrysost.** Chrysostomus & pleriq; alij hæc omnia referūt ad excidiū Hierosolymitanū, qd̄ sub Vespasiano factū est, & qd̄ hæc apostolos suos cæterosq; Christianos dñs p̄monere uoluerit, ut fugerent imminente persecutiōe. Quā sic Eusebius refert ecclesiā Hierosolymis congregatā, recepisse responsum, ut fugerēt trās Iordanē in ciuitatē Pellā, quæ

regis erat Agrippæ, cōfederati cū Romanis, ut sic postq̄  
boni homines secessissent ex regione illa & uicinia, locus  
daret̄ ultriōi cælesti atq; uindictæ de impia gēte. **Ver** ego  
iā supra rōnibus aliq̄t ostēdi, dñm hic loqui de tribulatio  
ne futura tēporibus Antichristi, q̄d hinc q̄q; satis liquer̄:  
siq̄dē quotquot superiora ȳba de Ierusalē exponūt, dicūt  
abominationē stantē in tēplo, statuā eē Adriani, quā ille  
post desolationē in eo reposuit, dominus aut̄ hic illū or  
dinē fuit, primū ostēdit quando uisuri sint abominatio  
nē, deinde fugā cōmemorat, ut om̄ino nequeat hoc ad sta  
tuā Adriani referri equestrē, quā in ipso sanctoy: loco us  
q; ad sua tēpora steterisse testat Hieronymus. Nos itaq; hęc,  
ut superiora, de temporibus Antichristi exponamus, qm̄ **Sup Data**  
de ihs & hic dñs & ante eū Daniel sine cōtrouersia locut⁹ ē.

2. Porro si ad Antichristi tēpora respiciamus, tripli  
cem uidebimus populum qui fugiturus est. fugient em̄ q̄  
in Iudæa, q̄ super tectum, & q̄ in agro fuerint. In ciuita  
tes quō profugerint Iudæi, satis constat ex Iosepho. sed  
quomodo ceteri triplicem hanc fugam huc detorquent,  
mihi nō satis persuadet. sed ad tempora Antichristi refe  
rendo, nihil ita dubium est. quoniam Iudæa laudem seu  
laudis confessionem sonat, igitur hic spūales homines ec  
clesiastici & prædicatores intelliguntur, qui ueram fidē  
quum debeant confiteri, persecutionem sustinebunt  
Antichristi. Sed qui in tectis sunt, magistratus & optima  
tes significant. sicut enim tectum altissimum est, ab injuri  
is aeris defendens incolas oēs, ita qui in magistratu sunt  
constituti, subditos defendere & iustitiam debent tueri.  
**V**erum n̄ quoq; si uere catholici p̄h̄q; fuerint, non euadēt  
sautiam tyrannidis Antichristi, qui principes primum  
statim sibi contunget & seducet, per eos deinde dominos  
populosq; omnes sub cælo persecuturus. semper em̄ be  
stia ista septeceps pios homines peruertit, & non desunt  
iamiam, qui id ipsum in primis uotis habeāt, ut (modo li  
ceret) imperatorem ipsum profligarent, ceterosq; magi  
stratus omnes seducerent. Præterea eos quoq; qui in agris  
fuerint, persequetur Antichristus, si nolint perfidiæ suæ  
subscribere, hoc est, agricolas, plebem simplicem etiā nō  
tolerabit, nisi fide uera abnegata, sibi adhæserint. Prēmō

nere autem hic dominus uult Christianos omnes ecclesiasticos quidem & predicatores, ne aspiciant Iudæam, hoc est, cœnobîa, monasteria, templaq; sua deserant propter fidem. Magistratus autem, ne amore temporalium bonorum, & cæteros ex uulgo homines, ne propter qualecunque commodum adhæreant errabundis Christianis sub Antichristo, sed quàm multi sunt obsecro, qui tam fidele Christi monitum spernunt, nec amplectuntur? Quot iam prælati & monachi funditus intrerire sinunt omnia, dum modo ipsi non e cœnobîis expulsi, cœsibus careant? Quot etiam qui magistratibus præsunt, fidem nihil curant subditorum, modo redditibus suis nihil decedat? Quot insuper ex uulgo homines nihili faciunt quibus cum uersentur, à quibus quid lucentur, siue Christianis siue hæreticis? Quot hospites in suis diuersorijs blasphemias tolerant in deum, cõuitia & contumelias erga homines etiam optimos, & impia uerba aduersus sacramenta, dummodo lucelli non nihil eis accedat, ueriti semper, ne si impietates isti usmodi nõ ferrent, uacuum porro haberet diuersorium? Aliter hic longe Christus, qui docuit fugere potius debere Christianos ueros, quàm ut à fide deficerent: sicut nunc quoq; multi, bonis suis omnibus relictis, profugiunt ex ciuitatibus neochristianorum, ut errores eorum euadant. Iocus autem & lusus hic merus est. instabunt grauiora arbores adhuc cadent, nunc folia tñ decidunt, dum tot supstitites sunt principes catholici & integræ in fide ciuitates. Acerbius adhuc succedent ominia, quãdo refrigescet charitas multorum. Videmus sæuire & ferocire iam neochristianos, si quando paululũ sibi potestatis acquirant. Quid futurum putas, ubi gladiũ totum in manibus suis habuerint opere Antichristi? Væ tunc miseris Christianis, qui inter istos lupos deprehensi, tantæ subiacent persecutioni. Tum deniq; illi uastabunt, diruent, perdentq; omnia. Oportet adhuc magis appropinquare Antichristũ, & tũc ita misere cuncta desolabunt, ut auditũ antea nõ est ab origine mundi. Væ uæ uæ miseris Christianis, sup quos uesani isti & furiosi sectatores Antichristi potestatem, imò tyrannidem quam exercent, habebunt.

Matth. 24.

3. ¶ De hac miseranda Christianorũ fuga spiritus san

Etus adhuc manifestus nos præmonuit per Iohannem ,  
 dicentem: Data sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ , ut  
 uolarer in desertum, in locum suum ubi alitur. **Apoca. 12.**  
 Ac quænam hæc mulier est, nisi ipsa ecclesia sancta, quæ fugiet perse-  
 cutionem Antichristi in desertis & nemoribus abditis? Quo-  
 niam cultu diuino & sacramentis omnibus ablatiis à Chri-  
 stianis, est quod fugiant illi deinde in deserta loca, sequi-  
 tur ibidem, Et draco iratus est in mulierem, & abiit face- **Apoca. 12.**  
 re prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt  
 mandata dei, & habent testimonium Iesu Christi. Tunc **Dat. 2. 5.**  
 implebitur illud quod dixit dominus, Vos estis sal terræ.  
 quod si sal euauerit, in quo salietur, ad nihilum ualet ul-  
 tra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.  
 Boni prælati & prædicatores sal fuerant antea, imminen-  
 te autem Antichristi tempore, multum salis euanesceat,  
 quando multi prælatorum cadent in errores Antichristi.  
 Mittitur ergo sal foras & conculcatur, quando cõtèmpri-  
 adeo fiunt presbyteri, ut ipsos etiam sua pigeat dignita-  
 tis, & fugient in deserta, sicut supra dixim⁹, & paulo post  
 de tribulatione plura commemorabim⁹. Sic de ueteribus **Hebr. 11.**  
 sanctis Paulus inquit ad Hebræos: In solitudinibus erran-  
 tes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ, circum-  
 ierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustia-  
 ti, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

¶ Pericula temporum illorum exactius adhuc declarat  
 dominus: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis die-  
 bus. In excidio Hierosolymitano male habuisse mulieres  
 cum liberis, omnes testantur hystoria, & nos quoque iam  
 supra in quadam homilia commemorauimus, quoniam  
 ibi impleta est prophetia Ieremiæ: Manus mulierum mi- **Thren. 4.**  
 sericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in  
 contritioe filia populi mei. Et cū omnes Christiani im-  
 maniter tractabuntur ab Antichristo ipsiusq; præcursori-  
 bus, tum uero maxime id eueniet prægnantibus & nutri-  
 entibus, dum relinquere cogentur domos & possessiones  
 suas. Ita Christus etiam in euangelio fore prædixit, cum  
 ait: Ecce uenient dies, in quibus dicent, Beata steriles & **Luc. 23.**  
 uentres qui non genuerunt, & hubera quæ nõ lactauerunt,

Addit hic dominus, **O**rate ut non fiat fuga uestra in hyeme aut sabbato. id ipsum nonnulli sic ad literam nudam exponunt, quoniam hyeme durum sit fugere ob iniurias nuiū, & in desertis se continere. Iudæis quoque prohibitum erat ambulare in sabbato amplius quam iter sabbati, hoc est, milliaria duo.

**D**ices: Si dura ista Antichristi persecutio annis tribus & dimidio duratura est, ut paulo post confirmabim<sup>9</sup> ipsi, nonne & in hyeme fugiendum erit Christianis? Ideo respondeo & dico, non uelle hic dominum per hyemem tempus designare hybernū, sed fugam & præproperā, & quæ remotissimam. ita enim loquimur etiam nos designaturi quippiam properum, priusquam ingruat hyems, & quia Iudæis non licebat longius proficisci in sabbato, orandū

**H**ierony. nobis est ne in sabbato, hoc est, in loca propinqua fugiamus. Hieronymus ad mysticum sensum hæc referre uolens, dicit docere nos hic dominum, ut oremus ne fiat fuga nostra in hyeme, hoc est, ne fides nostra refrigescat, ne quæ sabbato, puta ne opibus bonis destituti, omni careamus uirtutum ornamento: quoniam quicumque uel in oratione non deuoti, uel in operibus bonis non fuerint laboriosi, extraneumque electorum habebuntur, quos per fugam sibi reseruabit dominus. Sic Origenes ait, Nemo in tali periculo falsi dogmatis (ipse enim ad hæreses omnia refert) facile superat & fallitur, nisi qui nudus est ab operibus bonis.

**O**rige. 4. Porro iam tribulationis magnitudinē declarat dominus, dicens: Erit tunc tribulatio magna, quæ non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Notanda sunt hæc uerba eo diligentius, quæ superius illud propositum nostrum confirmant, quo docuimus loqui hic dominum de prophetia

**D**aniel. 12. Danielis duodecimo, non nono capite. ita enim ipse ait quæque, Veniet tempus quæ non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt usque ad tempus illud. Vos itaque iam dilectissimi, aperto pectore cogitate, atque ad animum reuocate omnes tribulationes, de quibus audistis unquam. Magna fuit ista tribulatio, quæ perijt Iudæismus. quando enim auditum est antea, undecies centena millia hominum in unica ciuitate, gladio, fame & peste perijt, nisi Hierosolymis deinde occupata urbe illa, tot homines occisos, tot esse uēditos

Maiora adhuc longe futura sunt pericula Christianorū  
 sub Antichristo, & nihil conferenda ad istam persecutio-  
 nem Iudæorum. siquidem tribulatio tūc futura maxima  
 est, qualis nec fuit antea, neq; postea est secutura, de qua  
 Iohannes etiam sic ait: In diebus illis quærent homines  
 mortem, & non inuentent eam: desiderabunt mori, & fu-  
 giet mors ab eis. Fiet tunc plane sicut prædixit Ieremias, **Apoça. 9**  
 Eligent magis mortem quam uitam omnes qui residui **Jeremi. 8**  
 fuerint. & hoc est quod dominus dixit, quum educeretur  
 ad crucem: Tunc dicent moribus, Cadite super nos: & col-  
 libus, cooperite nos. Quid tum angustia, mæroris & tri- **Lucę. 23**  
 bulationis futurum est in mundo: neq; tamen id mirum,  
 quoniã blasphemia tantæ, & hæreses, omniãq; quæ nūc  
 in mundo sunt peccata, huiusmodi merebūtur supplicia:  
 & ideo Iohannes Antichristum describit ex specie bestię, **Apoça. 13**  
 quæ similis sit pardali, cuiusq; pedes ut si fuerint, & os leo-  
 nis: quæ figura uarietas nobis designata est persecutionis  
 Antichristi, quę triplex futura tūc erat, nunc ex parte ab- **Antichri-  
 sti figura.**  
 it. una tyrannorum in ipso adhuc principio, altera hære-  
 ticorum seducendo bonos, tertia malorum fratrum per-  
 proditionem. Persequutiones illæ tres, durauerunt in ec-  
 clesia continuis successibus. trecentis enim & aliquot an-  
 nis persecutionem gladii sustinuit ecclesia sub tyrānis,  
 quæ & ecclesia martyrum dicta est. Pacata deinde eccle-  
 sia sub Constantino, intruerunt hæretici, Arrius, Macedo-  
 nius, Eutyches, Nestorius, istorumq; similes alij penè in-  
 numeri. Præterea inter Christianos quoq; deinceps fuere  
 complurimi, qui præter nomē nihil habuere Christiani:  
 quoniã sicut nō omnes qui ex circuncisione Israelis sunt,  
 Israelitæ sunt, ita neq; illi omnes qui nomen Christiani  
 habent, Christiani sunt. Imò ita deficiet fides Christiano-  
 rum etiam bonorum, ut ad ea tempora respiciens domi- **Roma. 9**  
 nus, recte dixerit: Quando ueniet filius hominis, putas ne  
 quod inueniet fidem super terram: Vsq; adeo pauci erunt **Lucę. 18**  
 uere fideles, ut reputarit dominus se quasi fidem nullam  
 inuenturum super terram.

¶ Atq; has tres persecutiones sunt qui uelint intelli- **Daniel. 7**  
 gi per bestias istas tres apud Danielem, quæ surgebant ex  
 mari, erat enim ibi leæna, quæ significantur tyranni: erat

ursus, quo hæretici figurantur: erat & pardalis, quæ falsos & iniquos fratres repræsentat. Et eas ipsas persecuciones tres Iohannes tempore Antichristi futuras, hædem trium animalium figuris in unum coeuntibus, designauit, habebat enim caput pardalis, ob fucatum prætextum pietatis: pedes ursi, quoniam sicut ille mel amat & omnia dulcia, ita hæretici falsitatem suam fucō suauitatis uelant & obtegunt. An non nostrates etiam neochristiani egregium commēti sunt impietatis suæ prætextum, dum euangelium clamant & uerbum dei quod & in ore circumferunt, & in manicis gestant depictum, uerū interim diabolum foueant in pectore, iuxta illud Pauli, Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.

**Apoca. 13.** Postremo autem ubi potestatem omnem sibi arrogauerint, leonino ore laniant omnia, & id quidem plane animal quarrum est Danielis, admirabile & horrendum, dentes & unguis eius ferrei, quibus comminuebat & comedit. hoc deinceps Daniel exponit de rege potenti, qui sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi cōteret: putabitque quod possit mutare tempora & leges (Antichristus enim sumet sibi leges statuere Mosaicis meliores, meliores quæ quæ Christi nostri & impij sui Mahumeti, sicuti nunc quoque neochristiani alias ex alijs ordinationes texunt, atque retexunt ut telam Penelopes.) & tradentur in manu eius usque ad tempus & tempora & dimidiū temporis. Ecce bestia præualefcens Antichristus Christianis superior dominabitur, & tamen imperium eius diuturnū non erit, sicut homilia sequenti dicemus. Nunc interim dominum deprecemur, ut gratiam nobis suam cōcedat, qua in numero conseruemur electorum, ita ut post huius uitæ exilium cum omnibus angelis & sanctis, ipsum laudemus in secula, Amen.

**Roma. 16.**

**Daniel. 7.**

HOMILIA TERTIA DOMINICÆ eiusdem XXVI.

**A**uidistis dilectissimi in Christo, quomodo abominatio Antichristi sedebit in ecclesiis Christi desertas iam & desolatas, in quibus cultus dei nullus erit, nullæ uigilæ, uesperæ aut matutinæ cantent, missa nulla legatur, & cuiusmodi tunc futura sit Christia-



notum fuga, quantaq; tribulatio, ita ut huiusmodi pericula neq; antea fuerint in mundo, nec aliquando sint futura, adeo potenter praualebit Antichristus per tyrannos & sequaces suos Christianos malos atq; peruersos. In ijs omnibus malis consolationem adhuc pijs hominibus proponit dominus, dicens: Nisi breuiari fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. unde misericordia fit manifesta dei, qui seruatorum suorum non obliuiscitur in ijs periculis tantis. Et quamuis Antichristus ut subitam & repentinam, ita ualidissimam habiturus est potestatem, tam e repente rursus interibit. ideo enim propere festinabit diabolus, quoniam sciet potestatem illam & tyrannidem diu sibi dominum non permitturum. id adeo Iohannes quoq; testatur, inquiens: **Væ** **Apoca. 17.** terra & mari, quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnam, sciens q; modicum temporis habeat. Ecce diabolus sciens diu sibi non licere posse ut sauiat in populum dei, eo magis accelerabit, plusq; furiosus erit.

**¶** Quæres, quam diu tandem duratura sit Antichristi tyrannis, quæ si mala futura est, cur non desinat statim? Respondeo, quoniam manifestauit hoc dominus ex annis, mensibus atq; diebus. Ex annis quidem, quamuis minus aperte, cum dicit Daniel: Tradentur in manu eius usque ad tempus & tempora & dimidium temporis. quibus uerbis deinceps quoque utitur ille, & ait iurasse istum per uiuentem in æternum, quia in tempus & tempora & dimidium temporis. Ita Iohannes etiam inquit: **Data sunt** **Apoca. 12.** mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis. Ibi autem per tempus annus, per tempora biennium designatur, dimidio temporis annus dimidius significatur, quæ summa est annorum trium & dimidij. tanto enim tempore & Antichristus defauiet in Christianos, & Christus dominus prædixit. Atque id ita esse ex mensibus & diebus satis constat, sigdem & Daniel illud quum non satis intellexisset, auduit **Daniel. 12.** ex angelo: **A** tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Si hæc porro diuidamus

BB ij

- hebdomadatim, inuenimus hebdomadas centum octoginta quatuor, dies duos, qd temporis spatium conficiet annos 3, hebdomadas 27, dies 6, si 365. dies pro anno computentur. Neq; tacuit hoc etiam Iohannes, ut non celauit eum spiritus dei, dixit enim mulierem (hoc est, ecclesiam) in deserto pascendam diebus 1260. Vbi non est quod miris Iohannem 30, dies minus numerare quam supputauit Daniel, siquidem hic de principio tyrannidis Antichristi, ille autem de fuga loquutus est ecclesie, qua postea demum fugitura erit. Non desunt qui opinentur principem aliquem catholicum, absconditurum tunc esse Papam, Cardinales, Episcopos, presbyteros & monachos in fide constantiter perseueraturos, rarisper dum Antichristus a Christo occidatur, & de ea re loqui hic Iohannem. Similiter etiam quo ad menses solares, tempus hoc commemorat in sacris litteris, quando spiritus sanctus per Iohannem dicit: Data est ei potestas facere menses quadraginta duos, menses autem duodecim, annum faciunt: menses triginta sex, triennium totum, unde supersunt adhuc menses sex annus dimidius, qua omnia bene conueniunt cum annis tribus & dimidio Danielis. Quodq; eo tempore persecutio ista finem sit habitura, satis manifeste testatur Daniel cum ait: Beatus qui expectat & peruenit usq; ad dies mille trecentos trigintaquinque, totidem enim conficiunt annos tres, septimanas triginta duas, & dies tres, quando & uniuersa Antichristi & membrorum suorum omnium tyrannis desinet. Et hoc est quod dominus adeo nobis certo promisit se abbreviaturum dies illos propter electos. Quoniam quamuis nunc misere plerumq; succedant, & neochristiani undiq; errorum suorum seminaria dispergant, multoq; maiores his calamitates future sint tempore Antichristi, semper tamen conseruabuntur a deo aliquot integri & synceri Christiani, sicut olim quoq; factum est tempore Eliæ, cum diceret iste: Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, ut auferant eam, inter cetera respondit dominus Eliæ: Derelinquam mihi in Israel septem millia uirorum, quo-

rum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum. Quod si tam misericors iam olim fuit dominus, ut gratia sua sancta retinuerit aliquot, qui non contaminarentur idolis: quanto magis in ecclesia catholica referuabit sibi, qui non sequantur Antichristum, quorum etiam gratia regnum ipsius abbreviabitur?

2. Porro iam diligenter pramonet nos dominus, ut caueamus a falsis prophetis, quae uerba eo diligentius attendenda uobis erunt, qui qui praecipit serio etiam id a nobis exigit: scilicet illa paulo intentius obseruauerimus, melius quoque istos neochristianos cognoscemus. sic enim ait ille, Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic est CHRISTVS, aut illic, nolite credere. Quae uerba absit, ut quisquam ut accipiat uel accipi uelit de sacramento corporis Christi, de quo nihil hic agit Christus. Ut interim impie abutantur illis neochristiani, dum coactissime detorquent contra uenerabile sacramentum eucharistiae, sed per Christum intelligi debet in fide. pramonet enim hic dominus ecclesiam suam ab incur sibus nouissimorum temporum, quando in numeram confurgent haereses & sectae, quae singulae dicturae sint secum esse Christum, sicut nunc Lutherus & Zuignlius contendunt, contra quos facit illud Christi dictum, Nolite credere. Diffuso namque Christo per uniuersam ecclesiam, quid aliud obijcia mus haereticis ad se pertrahere uolentibus illum, nisi hoc Paulinum, Nunquid diuisus est Christus? Quod autem hic per Christum regnum illius accipiatur, satis arguit uerba sequentia, quibus ostendit exurrecturos pseudopphetas, de quibus etiam Paulus loquens, ait: Nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemati, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes, qui resistunt ueritati, quemadmodum Iannes & Mambres resisterunt Moysi. mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem alios mittentes. Hi nimirum ipsi sunt, de quibus etiam hic dominus loquitur, qui dicunt alij quidem hic, alij uero isthic, alij alibi esse Christum, quibus nos dominus iubet non credere. Attendite itaque & uos dilectissimi ab istiusmodi ho-

minibus, nolite credere neq; **Luthero**, nec **Quinglio**, nec cuiquam neochristianorum, qui **Christum** ab ecclesia catholica distractum sibi cupit & niritur adrogare, detrusum in angulum & conciliabulū hæreticū. **Isti** sunt magistri pruriētes auribus, falsi prophetæ, de quibus dñs dicit:

2. **Timo.** 4.  
2. **Matth.** 7.

Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uerimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. de ijs & Petrus ait, Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut

2. **Petri.** 2.

& in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. Euite & fugite per **Christum** istos sectarum autores, qui **Christum** scindere & in partes conā diuidere, sicut scelerata ista mulier dissecari petebat filiū alterius mulieris coram **Salomone**. Cauere inquam & prospicite uobis, q̄ uestra hic res agitur. q̄ si audieritis eos, seducent uos in interitum. ne præbeat̄ aures dicētibz, hic est **Christus**, ne credatis illis quicq̄, q̄ animicide sunt, pseudoprophetæ, seductores hoīm, uenatici canes diaboli.

2. **Reg.** 3.

3. ¶ Surgent, inquit dominus, pseudochristi & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia. id ad eo **Paulus** quoq; de **Antichristo** dicit, cum ait: Cuius aduersus est secundum operationem sathanæ, in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Cæcos ille uidere faciet, surdos audire, claudos expedite ingredi, demonijs obsessos liberabit, fraudulenter tamen hæc omnia. Et bene dicitur q̄ secundum operationem sathanæ ueniet **Antichristus**, quia sicut **Christus** de spiritu sancto natus est, iuxta illud angeli ad **Mariam**, Spiritus sanctus superueniet in te. & istud q̄q̄, Quod ex ea natum est, de spū sancto est: ita uicissim ueniet **Antichristus** a sathana secundum operationem ipsius. nam & ipse reget eum, & hic obtemperabit illi in omnibus, sicut permittit dñs, dicente **Iohanne**: Soluetur sathanas de carcere suo, & exhibit seducens gentes. quæ etiam ratio multum facit ad augendam hominum malitiam, quoniam & diabolo permittetur homines adeo seducere in omni nequitia. Quā porro necessarium foret, q̄ opera preclū assī duo clamare eos ad dñm, Ne nos inducas in tentationē?

**Apoc.** 20.  
2. **Matth.** 6.

2. ¶ Ait **Paulus** aduentum **Antichristi** fore in omni uirtute, scilicet seculari & mundana. Sicut, n. dominus in

humilitate aduenit & paupertate, mansuetus (ut ait propheta) atq; sedens super asinam, suamq; adeo paupertate **Zach. 9**  
**Christus ipse testatus est, inquit: Vulpes foueas habent** **Matth. 8**  
 & uolucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ita contra Antichristus ueniet in maximo apparatu, fastu & pompa seculi huius, satis habiturus pecuniae, & bonorum omnium affluentia luxuriaturus, qua lasciuie multos sibi adiunget homines. id **Daniel. 11**  
**aniel quoc; prauidit, cum dixit: Dominabitur thesauror;**  
**auri & argenti, & in omnibus pectosis Aegypti.**

3. ¶ Addit Paulus q; in prodigijs & signis uenturus sit mendacibus, quod etiam dominus non tacuit, cum dixit **Matth. 24**  
 pseudo prophetas istos signa & prodigia facturos: nec celauit nos id ipsum Iohanes, de bestia magna sic loquens: Fecit signa magna, ita ut etiam ignem faceret de caelo descendere in terram in conspectu hominum. & seduxit habitantes in terra propter signa, quae data sunt illi facere. En hic causas uobis duas, quae facient ut multi adeo accedant ad Antichristum homines, suisq; coniungantur erroribus. Videmus enim nunc plerosq; errorib; peruersis accedere tantum ob libertatem carnis, ne ieiunent, ne cofiteant, neue quid orent, & alia pietatis munera exequantur: quanto maior futurus est aduersus omnium tunc, cum pecuniae dispergentur, cum miracula fient? sane tunc principes, nationes, totaq; adeo regna ab ecclesiae sanctae obedientia auertentur ad Antichristum.

4. ¶ Et bene quidem Apostolus signa uocat mendacia, huiusmodi enim varijs possunt fieri modis. fallacia signa sunt, cum sensibus hominum imponitur, ita ut quis puter sentire se quod non sentit, & tangere quod non tangit, sicut & Simon magus hominem iam decollatum paulo post exhibebat uiuum. fraus enim illa erat & dolus. Sic humanos sensus decepit Apollonius Tiansus, cum faciebat **Hierony.**  
 prestigijs suis, ut arbores tre, columnae loqui uiderent. Sic magi etiam num faciunt, dum simulant se nescio quid non uorare. usque adeo sensum hominis potest immutare diabolus.

2. ¶ Deinde mendacia quoc; sunt signa, quae naturalibus quide, sed tñ occultis sūt rōnib; unde rudes & impati

homines saepenumero putant ultra supraque naturam esse, quod naturaliter fit, quomodo simplices plerumque admirantur ipsos prestigiatos. Cumque diabolus noverit singulas naturalium proprietates, sciatque singula singulis, actua etiam conjungere passus, magna in his rebus exhibet suae potestatis argumenta. sic ille pluvias, fulgura, tonitrua, igniumque apparitiones efficere potest in aere.

3. ¶ Praeterea signa censeri possunt mendacia, quae in finem malum tendunt, nimirum ad imposturam & fraudem hominum, cuiusmodi futura sunt omnia Antichristi signa, uirtute diabolica facta. Et ex his fere tribus rationibus Paulus superiore illo loco signa Antichristi secundum operationem satanae, signa & prodigia uocauit mendacis. Quanta porro specie boni, signa sua sit ille facturus, deinceps ostendit dominus, & ait: Dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, quod si electis adeo male succeder, quid futurum est de misera plebecula? cumque in uniuersum sensus & cogitationes hominis tendant in malum, quantus futurus est uulgi concursus ad Antichristum? sicut & Paulus ait, Mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Qui nunc non credunt conciliis ecclesiae sanctae, non patribus, neque bullis papalibus fidem aliquam praebent, Caesaresque & catholicae maiestatis edictis nihil aut certe parum tribuunt. & ramen interim haereticis, animicidis, peruersisque praedicatoribus omnia credunt, quid mirum si seducantur, nisi que poenitentiam agant, perpetuo condemnentur? Mirro hic quomodo etiam mali possint facere miracula uere, iuxta illud quod dicent multi in die illo: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus?

¶ Nam quod mali fuerint, ex eo patet quod sequitur: Recedite a me operari iniquitatis. Fecerunt itaque maligni dem miracula, sed nunquam infideles & qui errores docuerint, eo quod uirtute diuina fiunt miracula: deus autem falsitatis testis non est. sicque & Antichristus & membra illius omnia nullum facient miraculum uerum. Hic autem in

POST PENTECOSTEN

761

specialem conspicimus dei misericordiam in eo, quod electi non induentur in errorem. quoniam impossibile id est, non aliunde utiq; nisi ex gratia dei custodientis illos, qui in ipsius manu sunt omnes, teste Moysē. Hinc & Gregorius, electi, inquit, in corde tentabuntur. nutant enim, sed non cadunt. Hoc autem nō est, q̄ cogites tantum futurum tempore Antichristi in sanctis, sed omni tempore, si non esset electio & gratia dei, etiam iusti in peccata maxima caderent, à quo lapsu sola eos præseruat gratia diuina. Possem ad longum materiam hanc de gratia dei extēdere, cui tantum adscribere quis debet omnia. illa enim si non foret neq; ipsum præseruaret, deum immortalem, in quanta scelera rueret præcep̄ eius autem argumēta ut fortissima, ita penē innumera peti possēt ex epistolis Pauli ad Romanos, Corinthios & Galatas, sed uolēs hęc omnia pertransēo. Quilibet homo ex corde & animo inuocet & imploret deum rogetq; ne sanctos suos deserat in ijs quoq; durissimis Antichristi præludijs, inter torsestas, hæreses & scissionses fidei. Quilibet inquam Christianus ex tota mente Christum deprecetur, ut pijs magniq; spei hominibus gratiam suam concedat: ijs uero maxime qui sub tyrannis & Christianæ fidei persecutoribus, ut ræ tyrannidi resistere, & tam magnis insultibus sufficere ualeant, utq; in fide stabiles, in opere efficaces, inuenti gratiam dei non amittant, & in futurum uita non excidant æterna, Amen.

Gregori.  
homil. 9  
sup Jezec.

Augu. in  
om. con.  
pelagia.

HOMILIA QUARTA ET VL

tima dominicæ huius, & totius  
partis illius de tempore

**M**ltra hætenus audistis dilectissimi in Christo de sæuissima Antichristi tyrannide, quam si quis penitius inrospectat pauloq; altius animo concipiat, quid mirum si huiusmodi quid secum cogitet? Ita ne futurus ita ecclesiam tuam destitues domine deus? ita ne sanctos & electos tuos sub tam graui iugo desereres miser! ita ne fururus eris nemo, qui libere fidem confitens

BBB v

- consolet eos: Imò hoc sciat cœrusq; credat quilibet **Chri-**  
**stianus**, deum nunquam derelicturum suos, non minus q̄  
**1. Reg. 6.** pater filios suos deserat, iuxta illud **Salomonis**: **Habitabo**  
 in medio filiorum **Israel**, & non derelinquam populū me  
 um **Israel**. Quoniam & **Iudæi** in tanta tribulatione con-  
 stituti, ut & amisso templo, & ciuitate sancta uastata, & to-  
 ta terra promissionis profligati, reliquum nil haberent,  
**Esdræ. 9** sperauerunt adhuc in deum, qui non desereret eos, dicen-  
 te **Esdra**: Quamuis serui sumus, tamē in seruitute nostra  
 non derelinquit nos deus noster. Ita nos cōsolatur etiam  
**Dauid**, dicēs: Dominus iudicium diligit, & sanctos suos nō  
 derelinquet, in æternum conseruabuntur. Quapropter  
 prælati & prædicatoribus partim ab **Antichristo** occisis,  
 partim profligatis, excitabit adhuc dominus prædicato-  
 res duos, iuxta communem doctorum sentēciam, **Enoch**  
 & **Eliam**, qui ut in hoc seruentur officium, uiui rapti  
**Enoch &**  
**Elias.** sunt in paradysum, expectantes ibidem tempus **Antichri-**  
**sti**. De **Enoch** namq; sic nobis scriptum reliquit **Moyses**:  
**Gene. 5** Facti sunt omnes dies **Enoch**, trecēti sexaginta quinq; an-  
 ni, ambulauitq; cum deo, & non apparuit, quia tulit eum  
 deus. De **Eliā** autem sic habet historia **Regum**: Quum per-  
**4. Reg. 2** gerent & incedentes sermocinarentur, ecce currus igne-  
 us, & equi ignei diuiserūt utrunq;, & ascēdit **Elias** per tur-  
**Apoca. 11.** binem in cælū. Et quodd̄ huiusmodi testes tunc furari sint  
 duo, satis manifeste **Iohannes** arguit, dicens: Dabo duob;  
 testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexa-  
 ginta amicti sacco. De **Eliā** uero apertissime loquitur **Ma-**  
**2. Malac. 4.** lachias propheta cum ait: Ecce ego mitto uobis **Eliā** pro-  
 phetam, antequam ueniat dies domini magnus & horri-  
 bilis. Quis porro est qui nesciat diem domini horribilem  
 illum esse nouissimū? adhuc igitur uenturus est **Elias** ante  
 eum (& q̄a **Hierony.** fluuuar propt̄ uerba **Christi** de **Iohā-**  
**2. Matth. 11** **ne**, & si uultis, ipse est **Elias** qui uenturus est, & iterum, **Eli-**  
**2. Matth. 17** **as** quidem uenturus est, & restituet omnia, dico autem uo-  
 bis, quia **Elias** iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fe-  
 cerunt in eo quæcunq; uoluerunt) tamē quia angelus cla-  
**Luc. 1.** re indicat qualis sit **Elias** **Iohānes**, in uirtute nimirum **E-**  
**liæ** præcedens, & **Iohannes** expresse negauit se **Eliam**, id-  
 eo credendum communi sententiæ, nondum uenisse **Eli-**



am in persona, sed uenturum, licet Iohannes uenerit in spiritu & uirtute Elie, ideo ad hæc subiungamus, Mens et sententia Augustini est lib. 9. super Gene. Enoch & Eliam nondum quidem esse defunctos, sed in alium locum translatos, & adhuc morituros. Alibi quoque de mirabilibus sacræ scripturæ sic ait de Elia: Hactenus ipse sicut & Enoch, in testimonium nouissimi temporis adhuc sine morte seruat, ut scilicet horum in ore duorum testimonij nouissimi testimonij sermo consistat, quando in extremo tempore paulo ante quàm damneret sathanas, qui humanum genus aperto bello deprimat. Quis autem aperto adeo Marte adgressurus est fidem Christianam & impugnaturus ut Antichristus? Sed penè exciderat prope-ranti mihi locus ille Sapientis, qui hic primum commemorandus erat. sic enim ait ipse de Enoch, quia placuit ille deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus sapientiam. Ecce in paradysum, inquit Sapiens, ut det sapientiam, at quando faciet hoc Enoch, nisi ubi Antichristus uenerit?

2. ¶ Audite insuper aliud adhuc Augustini de Elia testimonium, dicentis: Per hunc Eliam magnū mirabilēq; prophetam exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicij dei iudæos in Christum uerum, id est, in Christum nostrum, esse credituros, celeberrimum est in sermonibus cordibusq; fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicij saluatoris non immerito speratur esse uenturus, qui etiā nunc uiuere non immerito creditur. Idem alibi de peccatorū meritis quoque commemorat multis, qui fiat quod illi duo tanto tempore in paradiso conferuentur, nec moriantur. id autem hic breuitati studens pertranseo, uerum illud prætermittere non possum, quod in quaestionibus habet Augustinus (ut omnis tollatur dubitatio Hieronymiana) futurum, inquit ille, credimus secundo aduentu domini, quo in claritate uenturus est, cuius aduentus precursor speratur Elias, sicut huius Iohannes fuit: & ideo dicitur a domino, Elias iam uenit, quia in eodem spiritu & in eadem uirtute, & tanquam præcedentis præconis officio, & hic (Iohannes) iam uenit, & ille (Elias) uenturus est.

¶ Cum itaq; duo isti uenturi sunt ante tempora Antichristi, prædicabunt iuxta Augustini sententiam: & Iudeis quidem adnunciabunt Messiam uerū iam uenisse, Christianis autē meras esse imposturas & fraudes, quicquid tūc molietur Antichristus, unde & plurimum populi adhaeribit eis, ita ut non mediocrem inde dolorem concepturus sit Antichristus, occisurus insuper illos, iuxta hanc Iohannis prophetiam: Cum finierit testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyssu, faciet aduersum eos bellū, & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebūt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus est. Et uidebunt de tribubus & populis & linguis & gētibus corpora eorum per tres dies & dimidium. Et corpora eorū non sinent poni in monumentis, quamuis reuiuiscens hinc ascendent in cælum. Et hoc est quod Augustinus ait: Enoch licet longo tempore seruatus adhuc uiuat, mortis tamen debitum quod omnes in Adam sumpsimus, uitare non poterit. Idem & martyr S. Methodius docet, & extat inter opera Augustini libellus integer de Antichristo.

3. ¶ His itaq; consummatis omnibus, Enoch quoq; & Elia ab Antichristo occisus (& secundum quosdam etiam Iohanne euangelista) tunc se omnium maxime concitabit insolentia Antichristi: qui tum demum uideri se cupiet à sequacibus suis Iudæis, Christianis & gentibus. Sicut enim ex Apocaly. Iohannis satis liquet, cū Enoch & Elias occisi fuerint, resuscitabit eos dominus post dies tres & dimidium, dicentq; illis angeli, Ascendite. & tunc uidentibus etiam aduersariis suis, in nube eleuati ascendent in cælum. Qui tum clamor tum adplausus sanctorum, Antichristum quoq; concitabit ex immensa superbia sua, ut ipse quoq; in cælum conabitur ascendere sequendo Christum, quamuis contraria specie. Siquidem sicut Daniel uidit filium hominis uenientem in nubibus cæli, deumq; patrem illi dantem potestatem & gloriam, regnum quoque tantū, ut seruiant ei populi, tribus & lingua: ita plane diabolus Antichristo daturus est potestatem sui similem, iuxta illud Iohannis: Dedit ei draco uirtutem & potestatem magnam, qua adrogabit ille sibi etiam ascensio-

Apoca. ii.

Li. i. de  
mir. sup.  
cap. 3.  
Methodi.

Apoca. ii.

Apoc. 13

nem in cælum, concurrentes sequaces eius omnes ad uidentum eum ascendentem in cælum. Tunc conserget ille in montem oliueti, atque ibi iuxta consuetudinem huius seculi tentoria figet, eleuatus quoque a diabolo in aera magna suorum admiratione, implebitur istud Pauli uaticinium: Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. 2. Thes. 2.

¶ Cæterum sanctus Ambrosius in ea sententia est, ut putet Christum Antichristo appariturum, ipsumque uocis suæ uirtute deiecturum in terram, quando in potestate & imperio uerbi sui diaboli sinent eum per præceptum cadere in terram. Sunt qui arbitrantur Michaellem, qui cum dracone pugnavit, ipsum deiecturum, & diabolos a quibus fe rebatur, ab eo prostigaturum, ut sic turpiter decidat. Et tunc sane Iudæi, hæretici & gentiles omnes uidebunt se ab ipso misere deceptos, sicque conuertentur ad Christum & ecclesie sanctæ unitatem. Tum quoque implebitur illud Isaia, quod & Paulus confirmauit, quoniam reliquæ Iudæorum saluæ sient: quodque iuxta Psalmistam ad uesperam conuertentur ut canes, fietque secundum uerbum domini pastor unus & unum ouile. Ambrosi. Apoca. 12. Isaie. 10. Roma. 9. Psalm. 58. Johan. 10.

4. ¶ Cum iam multa hic Christus de Antichristi aduentu prædixisset, de desolatione, tribulatione & seductione porro ut uerba ea omnia nunc maneat infixa præcordiis hominum, subdit: Ecce prædixi uobis, sicut & ad discipulos dixit: Hoc nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Deinceps subiungit, pseudopphetis istis non esse credendum, si quando dicent, Ecce hic est regnum Christi, ecce in deserto est, nolite, inquit ille, exire, quomodo noctu & in syluis conciliabula sua habuerunt Catapriste. Addidit insuper, Si dixerint uobis, Ecce in penetralibus est, nolite credere, neque enim in latibus hæreticorum inuenitur Christus cum regno fidei sue. Nemo igitur se segreget ab ecclesia sancta, nemo Christum uel penes Zuinglium, uel apud Lutherum quærat, sed in ipsa sancta ecclesia catholica, cui promissit ille mansurum se apud eam usque ad consummationem seculi, nemo fugiat in desertum, sicut flagellantes Lolhardi & Catapriste fecerunt. Quisque uniuersalem & perpetuam illam ca. Johan. 14. Matt. 16.

tholica ecclesie consideret fide, ea nimirum uera erit: nec aliquis septennem istam fidem quae ex deo non est, decipere se sinat, quoniam ea a furiosis monachis & sacerdotibus apostatis ac fidefragis recens excogitata est: quorum quilibet secum contendit esse Christum, non uidens ipsissimum, ut sic loquar, diabolus cohabitare sibi: quod ex fructibus eorum satis constat, unde dignoscere ipsos edocti sumus a

**Matth. 7**

**Christo.** Aut nonne fructus, scilicet pulchri deorum & euangelio digni sunt, tot seditiones, sectae, factiones & dissensiones in uniuerso Romano imperio, quarum ramen adhuc finis nullus apparet?

**Centum  
millia occi-  
sa.**

¶ Nonne fructus pulchelli sunt tot hominum neces miseranda, tot rapinae, tot latrocinia, tot incendia, tot direptiones, tot omnis generis locorum vastationes? Et hoc nimis est, quod ex nouo prouenit euangelio, quod isti ex pulueribus protraxerunt. Vos autem istos fugite animicidas, qui ex antiquissimis haeresibus nouam conantur fidem effingere. Aut nonne tacentibus etiam nobis satis praemoniti estis a Christo iam olim, ut prospiciatis uobis a pseudo prophetis istiusmodi, qui Christum in deserto, penitentialibus & alijs locis ostentant, nihil interim aliud monstrantes quam Antichristum & persecutores eius? Neque uero hinc tamen nos consolatur in hac re dominus, quod dies Antichristi diu non durabunt, sed & ex eo, quia tam repente & subito irruent, ut fulgur exiens ab oriente, pergit ad occidentem usque. Usque adeo subitus erit Christi aduentus in die nouissimo, & ideo omnes tamen angeli tamen electi dei congregabuntur cum Christo, sicut ad cadauer aquilae, sicut hic Hieronymus pulcherrime docet, & nos partim explicauimus parte prima. Deus & dominus noster, qui est pietate & misericordia, clementer dignetur gratiam nobis conferre suam sanctam, quam freti perferueremus in fide uera constantes. illam haecque cum dilectione dei & proximi operibus bonis declaremus, quatenus post calamitosum miserandae huius uitae decursum, uitam illam consequamur aeternam, quam omnibus nobis largiri dignetur Christus Iesus in secula benedictus. AMEN.

**Matth. 24**

**Hierony.**

**SOLI DEO GLORIA.**

Sub sedis apostolicae ac omnium bonorum correctione.